et non receperint uos
Exeuntes in plateas
eius dicite etiam
puluerem qui adhe
sit nobis de ciuitate
uestra extergimus
In uos tamen hoc
scitote quia adpro
pinquauit regnum di
Dico uobis quia sodomis
In die illa remissius
erit quam illi ciuitati,
Lc. cxv v Mt cxiii Vae tibi corozain
Uae tibi bethsaida
Quia si in tyro et sidone
factae fuissent
uirtutes quae in uobis
factae sunt
Olim in cilicio et cinere
sedentes paeniterent
Uerumtamen tyro
et sidoni remissius
erit in iudicio quam
uobis Et tu capharnaum
Usque in caelum exaltata
usque ad infernum
demergeris,
Lc. cxvi I Qui uos audit me audit
Mt xcviii Et qui uos spernit
Mt xcvi me spernit qui autem
Io xl me spernit spernit
& cxx xxviiii eum qui me misit,
Lc. cxvii x Reuersi sunt autem
septuaginta duo
cum gaudio dicentes
Domine etiam daemonia
subiciuntur nobis
In nomine tuo Et ait
illis Uidebam satan
nam sicut fulgor
de caelo cadentem
Ecce dedi uobis potes
tatem calcandi
supra serpentes
et scorpiones
Et supra omnem uirtu
tem inimici
Et nihil uobis nocebit
Uerumtamen in hoc
nolite gaudere
Quia spiritus uobis subi
ciuntur gaudete

Würzbg. UB. M.p.th.f. 66. f. 129r